

concessione supra dicta tria excepta intelliguntur, nisi expresse concedantur. Vbi aduertit exmagistro à Veracruce in Compendio Indico, verbo, Absolutio, notab. I. q̄ dato q̄ in priuilegiis, vel alibi concedatur alicui absolutio ab Excommunicatione, non inde infertur ab solutionem à Suspensione, vel Interdicto concedi. Et similiter dato concedatur, absolutio à Suspensione, non statim est inferendum concedi, absolutionem ab Excommunicatione. I. Interdicto: nam non sunt istae censuræ connexæ, neq; habent eundem effectum. At vero si in litteris Apostolicis detur facultas absolute di a quacumque censura Ecclesiastica, tunc optime sequitur, concedi absolutionem & ab Excommunicatione & à Suspensione & ab Interdicto, quia nomine censuræ quando in litteris Papæ habetur, veniunt omnes tres dictæ, scilicet, Excommunicatione, Suspensione, & Interdictum. Sic habetur expresse. c. querenti de Verborum, sig. quod nota quoniam quām sape in nostris priuilegiis conceditur potestas ab soluendi à quacumq; censura Ecclesiastica.

¶ PROVINCIALLES Mendicantium [ac 4  
ipsis absentibus] Vicarij Provinciarum, ac illi quibus specialiter & expresse commis-  
sionis sunt